



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Reginonis Abbatis Prumiensis Libri Duo De Ecclesiasticis
Disciplinis & religione Christiana**

Regino <Prumiensis>

Parisiis, 1671

372. Quid fieri licet in die dominico.

urn:nbn:de:hbz:466:1-14622

Item ex Capitulis ad Carisiacum.

Burchard. lib. CCCLXX. Injustum videtur & impium
3. c. 174. ut mancipia quæ fideles viri seu feminæ pro
remedio animæ suæ Deo & sanctis ejus conse-
crarunt , cujuscunque muneris , pretij , vel
commutationis commercio iterum in secula-
reim servitutem redigantur , cùm canonica au-
toritas servos fugitivos tantummodo distrahi
permittat. Et ideo omnes rectores Ecclesiarum
summopere caveant ne unius eleemosyna
alterius peccatum fiat. Sicut enim indecens est
ut ex libero servus fiat , sic absurdum ut ex ec-
clesiastica dignitate servus decidens humanæ
obnoxius sit servituti.

De die dominico. *Ex Capit. Karoli.*

Lib. I. Capi-
tular. c. 81.

Burchard. lib.
2. c. 82.

Vidē lib. 7.
Capitular. c.
200. & Ad-
dit. I. c. 9. &
Addit. 11.
c. 9.

CCCLXI. Statuimus quoque, secun-
dūm quod in lege Dominus mandavit, ut ope-
ra servilia diebus dominicis non agantur , sicut
genitor meus in suis synodalibus edictis man-

davit , quod nec viri ruralia exerceant , nec in
vinea colenda , nec in campis arando , vel me-
tendo , vel fœnum secando , vel sepe mponen-
do , vel in sylvis stirpando , vel arbores cædere,
vel in petris laborare , nec domos struere , nec
in horto laborare , nec ad placita convenientia
nec mercatus fiat , nec venationes exercean-
tur.

Quid in dominico die possit vel liceat fieri.
Ex eodem.

Lib. I. Capi-
tular. c. 81.

Burchard. lib.
2. c. 83.

CCCLXII. Tria carraria opera licet

fieri in dominica die , id est , hostilia carra , vi-